



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Vernum tempus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** hęc, avem sub alio Rege conspectam quatuor capitibus insignem, latissimumque frugum omnium proventum subsecutum.

VER ET HYEMS. CAP. XXXV.

Sunt qui per venientem Gruem, tempus vernum; per Sabeanam, hyemem significari tradant: quandoquidem ea ales omnino est veris & hyemis nuncia, modo veniens, modo recedens: propterea quod calorem & frigus peregrie presentiat. Itaque cum frigus ingruit, alte sublata vastum quid inclamat: cum vero clementius est nata cœlum, per intervalla vocem emittit, & taciturna prope modum allabatur: atque ita vel ex accessu, vel recessu, & ex earum voce, nunc veris, nunc hyemis admonemur.



Grua Græcè aut hyemem nunciat.

**B** DE MILVIO. CAP. XXXVI.

**N**E vero picturæ desint, ex quibus temporum qualitates indicentur, cum æstatem Cicada, autumnalem vindemiam Epops, brumale tempus Alcyonè, ver Cuculus, Luscina, & aliquot aliarum, advolat huc Milvius, in huiusmodi ipse quoque hieroglyphicorum caveam includendus.

VERNUM TEMPUS. CAP. XXXVIII.

**E**Rat enim Milvius ipse quoque verni temporis hieroglyphicum, propterea quod ales ea verno primum tempore incipit apparere, certissimumque sit ejus nuncium. Unde etiam proverbium emanavit, *Milvius procumbere*: qui scilicet pauperum sit mos, hyeme jam deserviente, qua male semper afficiuntur, adventantibus Milviis procumbere eo genuum cultu, quo Reges coli solent, ut apud Suidam legas. Aristophanes ait, eo apparente contrarium autumnò tempus ingruere, adesseque contendendi opportunitatem. Nomen autem illi *ιερνίω* apud Græcos in adventu, quod tanto scilicet desiderio expectatus accedat. Hanc autem loci temporisque cognitionem sacræ etiam nostræ literæ per Milvium ostendunt, in quibus habetur: *Milvius in cœlo non ignorat tempus suum: Turdus & Hirundo, & Ciconia, tempus ipsæ quoque adventus sui observare, populus autem meus iudicium Domini non cognovit.*

*οὐδὲν δὲ παρὰ τὴν ἐν προβόλῃσι ad Milvium. Sumptum ex avibus Aristophanum.*

LOCUPLES. CAP. XXXVIII.

Sunt qui locupletem hominem, latisque agrorum possessionibus ditissimum, per Milvii volantis hieroglyphicum significari tradant: siquidem is dum prædam enanciscitur, spaciosissima aeris intervalla uno oberrat impetu, quasi latifundia descripturus. In huiusmodi significatum Juvenalis Satyram nona:

*Tot Milvius intra tua pascua lassis.*  
Et Persius prius dixerat: *Dives amat Curibus quantum non Milvus oberret.*

RAPACITAS. CAP. XXXIX.

**S**EDEM philosophi antiquiores illi, qui doctrinam ab Ægyptiis magna ex parte mutuati sunt, de quibus hominum moribus per palingenesiæ figmenta differuere, cujusmodi est Plato, qui quoque eum secuti sunt Plotinus & Harpocratio, Boethus & Numenius, rapacitatem per alitem huiusmodi intelligi tradidere, hominesque eos, qui avaritiæ studuissent, promptique semper ac parati ad imbecilliorum expilationes, & rapinas, & violentas tyrannides fuissent, in Milvios ac lupos converti, ut Socrates, Phædone, disputat, abireque omnia in ea genera opinati sunt, quorum in vita moribus similes fuissent. In Divinis quoque literis Milvus pro grassatore prædoneve ponitur. Psalmo, ubi secundum Hebræos haberi ait Eucherius, *Milvi abies domus est*. Aristophanes ad hanc alludens rapacitatem, *ιερνίω* dixit *παντοφθαλμον καὶ ἀεραζα τρέφον*, alitem omnium ac rapacem Milvum. Admiratur Plinius rapacissimam & famelicam semper avem, nihil rapere umquam ex funerum ferculis, qua veteres erant ad sepulchra afferre soliti: persuasi scilicet defunctorum animas eundem tenere sensum, & iisdem affici

*Milvus omnium vorax.*